Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

yschiros, ayos athanatos, eleyson ymas, sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus et imortalis, miserere nobis, qui uius. etc.

Domine Ihesu Criste qui propter nos homo factus es, natus ex Maria uirgine, præcor te per illum gladium doloris, qui animam matris tuæ pertransiuit, cum diuersis poenis et laboribus afflictus suplicium turpissimæ mortis in cruce pateris, et per illum filialem affectum, quem tu dulcissime Ihesu materno dolori compassus integerrimo dilectionis tuæ uicario eam prouidendam comendasti: compatere, condole quæso tribulationi, anxietati, necessitati, sollicitudini istius hominis. N. pater misericordiarum, desolatorum pyssimus consolator, omnium pupillorum in necessitate promptus adiutor, exaudi præces meas, et respice orbitatem meam, eius et miserię lachrimas, et quia in diuersis malis et angustijs propter peccata eius posita, ignorat ad quem fugiat, nisi ad te dulcissimum Ihesum Cristum, et dominum suum conformem et consimilem humanitatis nostræ creatorem et saluatorem cunctorum: Ergò consuetæ misericordiæ tuæ aures præcibus meis accommoda per uiscera misericordiæ tuæ, et per dilectionem, quam tuc habuisti, quando humanum genus amplexus es, ut